



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

11 Pallij petitionis formula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

104 CAPVT

cunte , & facta priùs genuflexio-
ne Summo Pontifici in ingress-
su , sistit post sedes Cardina-
lium è conspectu ipsius Ponti-
ficiis , ac genuflexus ibidem pal-
lium postulat iuxta formam
consuetam , quam ne verbo
quidem immutare licet , & ca-
lis est .

ii Beatissime Pater * Insignis-
vestra Metropolitana Ecclesia
N. (quæ si Primalis erit , di-
cetur , Metropolitana , & Pri-
malis Ecclesia ; si verò erunt
duæ Ecclesiæ Metropolitanæ si-
mul vnitæ , dicetur , Insignes
vestræ Metropolitanæ Ecclesiæ
N. & N. insimul vnitæ , vt ob-
seruatum fuisse die 19. Ianua-
rij 1622. In Ecclesiis Matera-
nen.

nensi , & Acheruntina simul
vnitis legitur in libro Camerarij
fol. 182. à tergo ; quod si Ec-
clesia Patriarchalis existat , tunc
dicitur. Insignis vestra Patriar-
chalis Ecclesia N. si verò Lu-
censis , aut Papiensis , quæ licet
sint Cathedrales , non Metro-
politanæ : pallium tamen asse-
quuntur ex priuilegio , dicen-
dum erit. Insignis vestra Ca-
thedralis Ecclesia Lucensis , vel
Papiensis) S. V. & huic Sanctæ
Sedi , fide , & deuotione addi-
ctissima , humiliter postulat , ut
pallium de Beati Petri corpore
sumptum , in quo Pontificalis
officii plenitudo vnà cum Ar-
chiepiscopalnis nominis appella-
tione confertur (si erit Metro-

po-

politana , si verò Patriarchalis ,
cum Patriarchalis nominis , si-
cut in Patriarchali Aquilæensi
obseruatum fuisse dicitur *in li-
bro Camerarij die 14. Novembris
1616. fol. 136.* iuxta formam
in antiquis notis repertam ; cœ-
terum in Lucensi , vel Papiensi
non poterit dici , vnà cum Ar-
chiepiscopalis nominis , sed tan-
tum ; in quo Pontificalis officii
plenitudo confertur) S. Vesta
tradi iubeat R. P. N. nuper ad
eandem Ecclesiam per S. V.
promoto (si est promotus : si
verò translatus , dicitur , transla-
to ; prout si promotio , vel tran-
slatio non fuerit facta ab eodem
Pontifice , à quo pallium peti-
tur , loco verborum , per S. V.
di.

dicendum erit, per Sedem Apo-
stolicam) Pro quo obtainendo
(si Patriarcha, vel Archiepisco-
pus præsens erit, dicetur) Idem
R. P. hic præsens (si verò sit
absens, & procurator, vel alter
nomine illius adsit, dicendum
erit) N. eius specialis Procura-
tor, ea qua decet reuerentia, &
humilitate supplicat, instanter,
instantius, & instantissimè.
Completa instantia Aduocatus
surgit, & iterum genuflectit,
deinde recedit è Consistorio
repetita genuflexione Summo
Pontifici in limine discessus.

Notandum * quoquè erit Pri- 12
mò huiusmodi formam desum-
ptam olim fuisse ex verbis Ca-
nonum ; illa enim , ut pallium
de